

1192 [= 1941] Aielli in agro Abellinate ad maiorem ecclesiam extrinsecus.

HIC REQUIESCIT IN PACE DEI SERVVS  
IOANNIC · VV · PRAESBYT · QVI · VIXIT · ANN · LXXX  
EVOCATVS A DOMINO DIE XIII KAL · AVGVSTI  
BASILIO · V · C · SEDIT · ANN · XXI p. C. 541?

Franchi p. 463 ex schedis Bellabonae; ex eo Lupoli p. 73.  
4 CONS post v.c ins. Lupulus. Fuitne P·C·BASILI·V·C·ANN·XXI?

1193 [= 1942] in monasterio S. Petri ad Caesaranum prope Mugnano.

QUIESCIT IN PACE  
NIXS LICTOR QVI XIXIT  
an NOS PL Ms XIII DPs III KLS SEP  
te BRIS XVII P CS BASILI p. C. 558  
5 KDIOVM VOS CONIVR VT NI QVI SEPOLTVRA MEA VIOLET

Descripsi. Lupoli iter Venus. p. 23.  
5 ante [immo per] iudicivm Lup.; potuitque O, quod est in lapide, oriri ex litteris CI neglegenter conexas.

1194 in magna tabula Atripaldae in crypta ecclesiae primariae a dextra ingredienti.

SI NESCIT MENS SCA MORI · SI PVRA VOLVNTAS CVM MEMBRIS  
NVMQVAM PRECIPITATA RVIT & VIVIS IN HOC MVNDO MERITIS  
POST FATA SACERDOS · ADQVE TVOS TITVLOS NVLLA SEPVLCRA TENEN  
CIVIBVS AVXILIVM · SOLACIA SEMPER EGENIS · PRESTABAS ANIMIS  
5 PECTORE MENTE PIVS & IVSTITIAE SECTOR SACRI SERVATOR HONESTI  
NVMQVAM FVRTA TIBI NEC PLACVERE DOLI & TEMPSISTI MVNDVM  
SEMPER CAELESTIA CAPTANS · COTTIDIANA TIBI LVCRA FVERE DS  
SACRA COLENS SACRVN NVMQVAM CORRVMPERE NOSTI  
PRAEMIA NEC FIDEI SVBRIPVERE TVAE · COMMVNIS CARVS  
10 HVMLIS DVM SVMMA TENERIS · DIVIS SEMPER ERAT ET TVA  
LARGA MANVS · TESTATVR PRESVL SEDIS REPARATA SABINE  
AVCTORIS CLARI · LVCIDA FACTA SVI

Recognovi. Verderosa cod. Barb. 30, 136 f. 8; acta sanct. Februar. vol. 2 p. 334 seq. ex Mich. Monacho; de Franchi *Avellino* p. 61 cf. p. 68 ex actis (inde Pionati 2, 94); Barberio ad p. 68 dat lapide expressam.

Recepi hunc titulum et sequentem monente Rossio, quo iudice saeculi sunt fere sexti. Franchius haec duo exemplaria recens incisa esse iudicat; ego restitutionis certa indicia non deprehendi. Orthographia sane proba est, et omnino, ut sint restituta, magis iis fidendum est quam exemplaribus per acta propagatis.

1195 Atripaldae in crypta ecclesiae primariae.

RESPICIS ANGVSTVM PRECISA RVPE SEPVLCRVN  
HOSPITIVM ROMVLI LEVITE EST CELESTIA  
REGNA TENENTIS · QVIS ENIM POSSIT SICCS OCV  
LIS EIVS NARRARE MORTEM PAVPERIEM XPI  
5 ET AMORE SCX SABINI EPISC · SVI PVRO CORDE  
SECVTVS EST QVIBVS ILLE PRAECIBVS QVI  
BVS LAMENTIS ANTE S//PECVM M MAR sic  
TYRVN NE PRIVARE NE PRIVARETVR MAGISTRI CONTV  
BERNIO TESTIS EST CVNCTA PATRIA FIDIS EIVS XPO EVM SOCIAT  
10 PRESENS FACILIVS QVOD POSTVLAT INPETRAVIT

Recognovi. Verderosa cod. Barb. 30, 136 f. 7; acta sanct. Februarii vol. 2 p. 331 ex Michael Monacho; de Franchi *Avellino* p. 64. 110 cf. p. 68 (inde Pionati 2, 96); Barberio p. 69 dat lapide expressam.

7 sic lapis qui extat; ANTE S-PECVM MAR|TYRVN Verd., ANTE-SEPVLCRVN·MARTYRVN acta antiqua secundum Franchium, qui addit p. 68 in exemplari recenti legi ANTE SPECVM M·MARTYRVN. — 9 in CHRISTI SOCIVS finit exemplum actorum adiectis verbis 'multa alia desunt'.

### XXXVIII. ABELLA (*Avella*). Tribu *Galeria*.

Abellam conditam esse pariter atque Nolam a Chalcidensibus Iustinus 20, 1 auctor est; item scholia Vergiliana ad Aen. 7, 740 sic fabulantur: *quidam hanc civitatem a rege Murano conditam Moeram nomine vocatam ferunt, sed Graecos primo eam incoluisse: quae ab nucibus Abellanis Abella nomen accepit* (cf. Plinius h. n. 15, 22, 88). *alii quod imbelle vulgus et otiosum ibi fuerit, ideo Abellam appellatam: huius cives cum loca circa Capuam possiderent, orto tumultu interiisse, aliosque fugientes Moeranum abiisse et eius incolis struxisse, et quod imbelliores fuerint, Abellanos dictos.* Inter minora oppida Campaniae refert Strabo 5, 4, 11 p. 249; nomen ponunt Vergilius (Aen. 7, 740: *et quos maliferae despectant moenia Abellae*, ubi codd. *bellae* meminitque duplicis scripturae scholium; cf. infra n. 1199 v. 4), Plinius 3,

5, 68 (ubi libri *auellani* vel *aufellani*), Silius (8, 545: *pauper sulci cerialis Abella*), Ptolemaeus 3, 1, 68. Liber coloniarum p. 230 quod habet: *Abella municipium coloni vel familia imp. Vespasiani iussu eius acceperunt, postea ager eius in iugeribus militi est adsignatus*, eatenus certe tituli refellunt, quod Abella certe inde ab ipsis principiis aetatis imperatoriae coloniae formam habuit (n. 1210, ubi est *colonei et incolae*; item n. 1202. 1211 cf. 1212). Magistratus nominantur *curator* n. 1199; *duoviri quinquennales* n. 1210. 1213. 1215; *duoviri* n. 1202. 1204. 1216. 1218. 1219, semel (n. 1204) addita determinatione *iure dicundo*; *praefectus decurionum decreto iure dicundo* n. 1205 sive *praefectus* nude n. 1210; *aedilis* semel n. 1214; *quaestor pecuniae publicae* n. 1216 sive *quaestor* nude 1202; *quaestor alimentorum* n. 1208. 1216; *curator*